

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**De vulgari hominis definitione, qua dicitur animal
rationale**

**Rötenbeck, Georg Paul
Esper, Johann Daniel**

Altdorfii, 1695

Caput III.

urn:nbn:de:bsz:31-102720

1. *Definitio non debet angustior esse suo definito: h. e. debet omnibus ejusdem naturæ & essentia rebus, quale est definitum, convenire, atque sic universalis esse; Secus enim non esset adæquata.*

2. *Non debet latior esse suo definito: i. e. non aliis nisi ejusdem essentia & naturæ rebus sub tali definito comprehensis competere, atque sic propria esse suo definito; alias enim definito suo non esset æqualis.*

3. *Definitio debet esse reciproca: quia scilicet universalis simul debet ac propria.*

§. 5. IV. *Essentiam seu interiora aperiat & distinctius cognoscenda intellexit offerat. Hoc ipsum est, quo definitio primaria sive essentialis à secundaria seu descriptiva differt, quia hæc per accidentalia & extrinseca, illa per essentialia & intrinseca rem declarat. Unde jam facili ductu sequentia derivamus consecutaria:*

1. *Perfectiores, esse definitiones, quæ constant genere proximo & differentia ut vocant, specifica. Intimius enim certe rem penetrat, qui eam à maxime affinibus valdeque cognatis distinguere potest, quam qui à quibusvis aliis saltem distinguere novit.*

2. *Perfectiores esse definitiones, quæ rem per id, quod optimum est, in ea, definiunt. Quis enim dubitet profundius in rei essentiam ita nos penetrare?*

§. 6. *Cetera bonæ definitionis essentialis requisita omittimus, tum quod æque necessaria non appareant; tum quod in illa non æque consentiant Authores Logici; tum quod instituto nostro tantopere non inserviant, qui non tam perfectam aliquam Hominis definitionem ipsi fabricare, aut è jam prostantibus aliquam eligere, quam vulgatissimam ad regulas prolatas examinare institimus.*

CAPUT III.

§. 1.

His ita præstructis, non adeo difficile erit, decantatissimæ definitionis hujus pretium ac pondus paulò certius determinare, id quod per distinctas conclusiones jam præstabimus.

Conclus. I. *Quacumq; hæc definitio commendare se possit auctoritate vel traditione, Aristotelicam certe non esse, prorsus constare putamus.*

mm: M
stotelis
tentioni
tientes de
quod Arist
perluat
definition
modi per
latenus
accurati
fendit,
bius in
ris anim
tus: H
tur affi
§. 2.
nis null
dani &
quam i
summe
tio ill
loque
negari
ma qu
signifi
eui ge
minen
fo Car
in Dia
§. 148
sola il
bergii
Cap. 2
mal ge
§.
Cap. 1
Homi
que in

mus. Multi equidem, qui Aristotelicos se profiteri sunt ausi, in Aristotelis gratiam, cuius apud eos facta rectaque servatur auctoritas, teneriori amplexu eandem stringere, acriterque adversus dissentientes defendere sunt dignati; sed hoc ipso tamen misere decepti, quod Aristotelicam vel Aristotelis principiis conformem esse sibi persuaferint; cum Aristoteles certè non aliam solum Hominis definitionem formaverit, (de qua videatur Cap. 1. §. 6.) sed & ejusmodi principia passim inculcaverit, cum quibus conciliari ea nullatenus possit, (videatur idem §. ap. cit.) Quam etiam ob causam accuratiorum Peripateticorum palatum plerumq; & in tantum offendit, ut singulare illud Peripateticorum decus Philippus Scherbius in elegantissima Oratione de differentiis quibus Homo à cæteris animantibus differat, in hæc ipsa verba erumpere non sit veritus: *Hæc definitio, quæ omnibus omnium Scholarum parietibus videtur affixa, multorum errorum fomentum est.*

§. 2. Conclus. II. *Tò animal generis locum in definitione Hominis nullatenus mereri, confidenter asserimus.* Ut enim mittamus Cardani & Mejeri illam rationem Cap. 1. §. 3. contentam, (secundum quam in regulam primam Cap. 1. §. 1. impingeret hæc definitio) summopere fortassis non stringentem: quandoquidem comparatio illa inter plantam & animal ob receptum semel & longissima loquendi consuetudine confirmatum vocis *animalis* significatum negari tanto facilius posset, quanto minus vox ipsa *animalis*, ab *anima* quippe, aut, si græcum vocabulum spectes, à vita derivatum significatui huic reclamant (cum è diverso vox germanica ein Thier cui græcorum *ζῷον* vel *θῆρ* respondet, bestiam potius quam hominem designare videatur (ceu constat ex Cap. 1. §. 5.) quo responso Cardanum & Mejerum Vir Πολυμαθὴς Jacobus Thomafius in Dial. phys. cap. XXXIX. §. 8. 9. 11. ac in processu suo Disput. §. 148. dimisit; ut, inquam mittamus dictam rationem 1. vel sola illa enormis in voce *Animalis obscuritas* (quam posterior Claubergii locus cap. 1. §. 5. exhibitus satis comprobatur) per regulam 1. Cap. 2. ejusque confectarium 1. gravissimo est obstaculo, ne *animal* generis locum occupare possit.

§. 3. Illud vero 2. prorsus intolerabile & regulæ primæ Cap. 1. §. 2. nimis adversum, quod, dum *animal* in casu recto de Homine prædicatur in hac definitione, consequenter *corpus* quoque in casu recto prædicari de homine posse supponatur. Hinc enim

enim non tam obscura quam falsa prorsus nascitur propositio: *Homo est corpus*. Differunt vero utique: *Hominem habere corpus* & *esse corpus*: sique prius prædicare de homine salva veritate liceret, non ideo statim posterius posset. Nec enim (ut recte obijcitur à Claubergio & Hamelio locis §. 5. c. 1. citatis) res aut Substantia simplex est Homo, sed composita h. e. non ex corpore duntaxat & materia, sed & ex Spiritu seu Mente constans, de quo proinde corpus in casu recto prædicari tam repugnat, quam manum de homine, vel ignem de Mundo, ut si dicas; Homo est manus: Mundus est ignis. Nemo enim sic loquentem explosurus vel ideo non esset, quia partem de toto in casu recto proprie prædicari repugnat.

§. 4. Quemadmodum tamen, si partem aliquam de toto in casu recto prædicare liceret, rectius multo ad nobiliorem & præstantiorem partem id pertineret, quam ad partem imperfectiorem & ignobiliorem, (vi regula ultimæ consec. 2. §. 5. Cap. 11.) Ita nullatenus dubitandum quin meliori jure Spiritus seu Mens generis locum in definitione Hominis quam *res animal* (& consequenter *Corpus*) occupare queat. Equis enim non mallet corpus humanum e. g. univérse sumtum per caput vel cor definire, quam per pedem vel digitum pedis aut hujus unguiculum, atq; sic integrum Hominem per spiritum potius quam per corpus? cum de illius præ hoc præstantia non minus quam de capitis vel cordis præ pede ejusve digito hujusve unguiculo præstantia convicti simus. Quo telo gravius certe quam multi crederent, vulgatam definitionem vulnerant Helmontius, Strimesius (§. 4. Cap. 1.) & Claubergius sub initium §. 5. cap. 1. Cui vulnere quodnam emplastrum quærere vulgaris definitionis Patroni possint, non apparet. Quod si enim partem de toto in casu recto prædicari non posse regesserint, propria vineta cadent, quando & ipsi corpus de Homine prædicare religioni sibi non ducunt. Si Hominem bestiis similiorem quam spiritibus dixerint, tum quoq; responsi loco illud ferent, quod ingeniosissimum Hamelium supra in fine §. 5. cap. 1. exprobrantem audivimus: Quod si errore aut consuetudine &c. Quò faciunt & Claubergii egregia verba §. 60. l. c. Hoc tanquam novum vitium superiori acceditur, quia cum humane cogitationes potius versari deberent circa res intelligentia præditas, ipsi circa umbras & spectra corporis volitare amant. Adeo homines se rebus corporeis & visibilibus immergunt, ut credant, totum id, quod sunt, similis esse talibus rebus, quam aliis quæ sensus sugiunt,

giant, &
multitudine
§. 5. S
quot quot a
tionem suam
hoc nomine
re, quæque
sumere, &
quæ cum
præstaret
maxime
Academi
turum ef
suum sit
astutior
spirituali
modo ce
sed & vir
priori rel
le esse ip
teneant
mari ma
sed & vir
sitan dig
tato §. 4
Venat. S
lophica
templor
iuxta Cre
nales &c
& corpor
tus est in
scat, an
Homo vi
nebit cum
definitione
ipsum Deu
raptionem

giunt, & sola mente pervidentur, quo capitali errore imaginem & similitudinem Dei ad quam creati sunt, obliterant.

§. 5. Sed & hoc altius apud se expendere quæso dignentur, quotquot animum à præjudiciis liberum gerunt, omnemq; cognitionem suam ad pias praxes dirigendas esse concedunt, utrum vel hoc nomine Hominem in rerum intellectualium ordinem transferre, quæque cum his ei intercedit, similitudinem loco generis assumere, quam in rerum corporearum numero eum relinquere & quæcum his intercedit similitudinem pro genere agnoscere, non præstaret, quia sub posteriore consideratione, si brutis videlicet maxime affinem se homo intellexerit, idque in Scholis pariter & Academiis tanta sollicitudine fuerit perdoctus, nihil tam prope futurum esset, quam ut neglecta potiore sui parte corpus tantum suum sit curaturus, satisque habiturus, si astutissimis tantum brutis astutior evadat, indeq; qualemcumq; ab iis differentiam fortiaur spiritualiter autem vel Christiane ne in minimo gradu vivat; quomodo certe non plurimorum errorum tantum, ut Scherbius ait, sed & vitiorum fomentum esse posset definitio: cum è diverso sub priori respectu si scilicet spiritibus maxime affinem seu cognatum se esse ipsa sui definitione moneatur, ad nobilissimam sui partem tenerrime amandam, summaq; sollicitudine percolendam inflammari magis posset, quomodo plurimarum veritatum non tantum sed & virtutum fomentum hac definitio evadere posset? Quo forsitan digitum etiam intendisse videbitur Helmontius loco supra citato §. 4. l. 1. quem amplius illustrat sequens locus ex eodem de Venat. Scient. Tract. §. 37. & 38. depromptus: *Plus itaq; Scholæ Philosophicæ documentis gentilium quam Pauli acquievere. Hinc illas contemplor Hominem duntaxat juxta ejus cadaver meditatæ, non autem juxta Creatoris sive efficientis intentionem, Hominisq; destinationes finales &c.* Quapropter Homo, quamvis ex Corpore animales aliquot & corporeas conditiones habeat; attamen ex intentione divina creatus est in imaginem viventem, in substantia immortalis, ut Deum cognoscat, amet & adoret secundum lumen typi sibi impressi, at postquam Homo vixit in carne ut animal, dixit Deus, spiritus meus non permanebit cum Homine, quia caro est. Genus enim definiti proprium in definitione Hominis poni debet. Quod Scholæ animal nominant, id ipsum Deus degenerationem nominat, aversionem viarum, naturæ corruptionem atq; destructionem intentionis suæ in creando.

C

§. 6. Quod

§. 6. Quod interim Aristoteles, quem aliàs differentia vulgari minus favisse ex thesi 6. cap. 1. colligimus, huic generi tantopere faverit, Hominemque in classe rerum corporearum collocaverit, utut excusari nonnihil fortassis inde possit, quod de physica *Homini definitione* in ea *Scientia* sollicitus esse voluerit, ubi corpus naturale quatenus naturale considerari solet, nescio tamen an præjudicii modo dicti, quod emicare ex hac definitione Clauber-
gius & Hamelius, proximè superiore §. citati, arbitrantur, suspicionem omnem effugiat, quippe quem non paucis circa humanam mentem erroribus, propter Gentilismi tenebras, succubuisse novimus, attestantibus hoc ipsum non paucis Clarissimis Viris, qui errores hosce Aristotelicos candide agnoscere eidemq; tanquam Gentili condonare potius quam contortis explicationibus tegere vel defendere malunt. De immaterialitate certe mentis humanæ haud multo certiora illum novisse dixeris, quam de ejusdem immortalitate, quam certe eum non agnovisse, imo potius inficias ivisse non uno argumento constare potest.

§. 7. Concl. III. *Quæ contra differentiam movebantur objectiones, pleræq; sic eam concutunt, ut statione sua tantum non dimoveant.* Equidem frustranea illorum videtur sollicitudo, qui §. 7. cap. 1. differentia huic aliquid adjiciendum propterea esse censebant, ne angelis (vel ipsi quoque Deo) vulgaris definitio applicabilis fieret. Quod si enim *ratio rationale* in ea significatione supponatur, qua *collectionem unius ex alio* importat, aut insuper *sensationem* aliquam necessario involvat, prout communis ejus & in Peripateticorum Scholis frequentatus significatus præ se fert, nequaquam metuendum videbitur, ne quis vel sub *priori* restrictione Deum, vel sub *posteriori* Angelum insuper intelligere possit. Quod si vero *ratio rationale* in ea latitudine capiatur, sub qua vel angelis, vel Deo etiam, repugnare non possit, vox *animalis* adjecta certe obstabit, quominus totam definitionem angelis vel Deo attribuire liceat, cum maxime vox *animalis* ad ejusmodi significatum passim restringi nunc soleat, sub quo cum *vivo* non recurrit, sed præter vitam *sensualitatem* quoque importat (quomodo à Græcis quoque ζῷον vivum & ἄνθρωπος animal distingui novimus) quo sensu utique nec Angelos nec Deum Animalia vocare fas fuerit. Adeoque nec vox *mortale* ex solitudine veterum voci *rationale* superaddenda amplius videbitur, cum maxime contra *ratio mortale* in supplementum

tum diff-
gustinus
ber, qui app-
ditur, quia
mo est in indi-
debet inesse,
sterius esse n-
fit aptus.
esse differe-
lere, quod
§. 2.
rentiam
suppositum
supponi
Nam ul-
dum to-
tem ejus
stoteles
quere l-
bipes,
bunt,
tione
nobile
Unde
dubita-
confid-
cutur
partem
posse
confid-
præju-
stoteles
cepta
ret) op-
Homi-
ante e-
§.
ferentia

tum differentiae adhibitum perquam speciosa dubia moverit Augustinus Anconitanus (referente Mirandulano loc. supr. cit.) ac Liber, qui appellatur Scoti Universalis, ubi differentia hæc idem exploditur, quia non sumitur à forma sed à materia; tum quod mortale primo est in individuo quam in specie; contra vero differentia primo speciei debet inesse, & ipsa specie aut prius aut cum ea simul: mortale autem posterius esse naturam quam Homo, qui videlicet prius est, quam corruptioni sit aptus. Item mortale cum Homine non converti, quare ultimam non esse differentiam. Demum id non posse nomine differentie merito pol- lere, quod non ad esse ipsum sed ad non esse conducat.

§. 8. Quæ vero à Peripateticis acurioribus contra hanc differ- entiam in medium adducuntur, pleraq; magni sunt ponderis, supposito quod animal sit genus Hominis, ceu communiter ab iis supponitur, qui differentiam hanc amplexantur. Pleraq; dico: Nam ultimam illam rationem, qua Peripatetici animal non secun- dum totum sed secundum partem, animam nempe aut faculta- tem ejusdem determinari per rationem obtendunt, in Ari- stotelem ejusque Sectatores, argumento hoc utentes, retor- quere licebit; quoniam & Aristotelicæ illæ differentie, pedestre, bipes, ipsæ non nisi partem Hominis determinant & circumscri- bunt, nimirum corpus: ut prolata hac Peripateticorum defini- tione, animal pedestre, bipes, nemo statim intelligere possit, tam nobile animal significari, quod mente intelligente sit præditum. Unde si vel maxime in Aristotelis gratiam (cum aliis rationes dubitandi non prorsus nullæ suppeterent) concederetur, physice consideratum Hominem sic definiri; nihil tamen amplius hinc se- cuturum esset, quam Hominem secundum alteram duntaxat sui partem, quæ sensibus exponitur, per ejusmodi differentiam describi posse; minime vero, absolute eum & secundum utramq; sui partem consideratum accurate sic etiam definiri, quandoquidem id nil nisi præjudicium, supra §. 4. hujus cap. detectum, redoleret. Sed Ari- stotelem interea ejusque cultores nihil æque, credo, nisi præcon- cepta illa de genere Hominis (quod hic sub animali locandus foret) opinio, ad impugnandam tantopere differentiam à rationalitate Hominis petitam, & ad substituendas in hujus locum differentias ante expressas pertraxit.

§. 9. Multum quoque premi vulgaris hujus definitionis dif- ferentiam illorum objectionem dixeris, qui Brutis rationalitatem quan- dam

dam adscribunt (de quibus vid. §. 1. c. 1.) quoniam sub genere Animalis Bruta comprehendendi nemo ambigit, nec rationalitas illis tam repugnare cernitur, quam vel Angelis vel Deo animalitas. Ut enim ingeniosissimus Cartesius, aliiq; Principiis ejus innixi omnem omnino cognitionem (sensum etiam aliqui) Brutis denegare audent, eamque sententiam specie sua gaudere non sit negandum; adeo tamen illis illa nondum confecta, ut oppositam sententiam si non majore, simili tamen instructam probabilitate dicere possis. Jamque adeo, si supposita quadam Brutorum rationalitate *ratio rationale* in definitione Hominis eo significato explicandum esse aliquis putaret, per quem Bruta exclusa intelligi possent (id quod varia ratione à variis Autoribus fieri solet ac potest) ipsa tamen vox *rationalis* obscuritatem suam statim hinc proderet, nec digna ideo appareret, quæ differentie munus in hac definitione sustinere posset (uti recte judicant Claubergius, Hamelius alique, ipsaq; flagitat regula c. 2. & confect. 1.) quam ob causam clariorem aliam in ejus locum substituere quidam sunt conati, utpote Mirandulanus τὸ λογονητικόν (ceu patet ex §. 10. c. 1.) & Pitarnius τὸ πνευματικόν (ceu ostendit idem §.) quas differentias ipsi rationali in hac definitione præferre non ideo tantum liceret, quod per easdem Bruta, à quibus Hominem distinguendum esse ipsa vulgaris definitio supponit, certius excludantur, sed & quod reg. 2. pariterq; confect. reg. ult. Cap. 2. magis per illas satisfiat.

§. 10. Concl. IV. Cum definitio hæc non solum Aristotelis principiis valde sit adversa, ideoq; Peripateticis accuratioribus merito exosa, sed *G.* sive Genus respicias sive differentiam, in bonæ definitionis regulas valde impingat; explosione eam quam patrocinio digniorem videri, nec fere citra læsæ juventutis, ut ita loquamur, crimen in Scholis inculcari valde vel laudari multum posse, asserimus. Cujus veritas ex præcedentibus satis emicat.

Antequam nunc finiamus, B. L. propinamus insignem, quæq; dicta à nobis sunt mirifice illustrantem locum *Magnif. DN. ERHARDI WEGELII*, Archimedis Salani, Patroni nostri colendissimi, ex aurea ejus Dissertatione Germanica, quam inscripsit *von der Wurzel Rechnung* etc. c. 1. p. 5. & seqq. excerptum, in ipsa Disputatione nostra superius citandum, nisi illa prelum jam exeurte, demum laudatissima Dissertatio manibus nostris fuisset oblata. Cujus proinde verba sic habent: Es kan vor eine allgemeine subjectiv- und material-

Natur

Natur-
net vor
animalien
wesentlich
Grad der
Thieren
nichts als
von dem
gar nicht
eben aus
als nur
Seelen
stück be
p. 7. M
Aber d
Schule
gange
und jw
keine S
Diese
Differ
ein Th
der M
ist ja e
nicht n
nymie
aut mi
dem g
dens n
als ein
schlech
welche
ausdr
nen / so
die Gra
rechnen
von der
beschrie

Natur-Ursach der Kaster bey den Menschen der gemeine Wahn gerech-
 net werden / wenn die Menschen sich vor Thiere halten / und vor
 animalien erkennen / ihrer viele auch vermeynen / daß ein Mensch nicht
 wesentlich von Thieren unterschieden werde / sondern nur den höchsten
 Grad der animalität (der Thierheit) an sich habe / womit er von andern
 Thieren / die geringers Thier-Vermögens sind / nur gradu, stufen-
 weiß / als der Superlativus von dem Comparativo, und von etlichen als
 von dem Positivo, unterschieden werde. Ob nun gleich gemeine Leute
 gar nicht gerne sich vor Thiere schelten lassen; ist doch ihre Meynung
 eben auch dahin gerichtet / wenn die Eltern ihre Kinder anders nichts
 als nur ihr Fleisch und Blut zu nennen pflegen / und des Geistes (ihrer
 Seelen) nie dabey gedencken / welche doch die Viehl als das Haupt-
 stück bey dem Menschen anführt / wenn im Ersten Buch am 2. Cap.
 v. 7. Moses spricht: Da ward der Mensch ein lebendige Seele.
 Aber dieser herrlichen Beschreibung ungeachtet / wird hingegen in den
 Schulen von den meisten öffentlich bekennet und geglaubet / daß der
 ganze Mensch (denn omne Genus loquitur de toto) ein Thier /
 und zwar / zum Unterschied / ein solches Thier sey / das zwey Beine /
 keine Flügel / habe (Homo, quantus quantus est, sey *ἄνθρωπος δίπτερος*.)
 Diese Grausamkeit in etwas zu beschneiden / brauchen etliche zum
 Differenz-Wort die Vernünftigkeit / und sprechen / daß der Mensch
 ein Thier sey / das vernünftig ist: gestehen aber gleichwol / daß
 der Mensch ein Thier sey. Denn wer ein vernünftig Thier ist / der
 ist ja ein Thier: Und wer ein unvernünftig Thier ist / der ist eben so /
 nicht mehr nicht weniger / ein Thier. Denn genus prædicatur Syno-
 nymicè (ex æquo) de utraque specie, nec species alterutra plus est
 aut minus generis ejusdem, utraque species est subjectiva pars ejus-
 dem generis, æqualis honoris & æqualis dignitatis, intra genus ca-
 dens nec excedens genus. Kürzlich / daß ein Mensch nichts anders
 als eine Art der Thiere sey / mit allen andern Thieren eben eines Ge-
 schlechts / mit ihnen eben einer Ehr und Würden solches Wesens /
 welches das Geschlecht-Wort (Thier / als Corpus vivum sentiens)
 ausdrückt. Nun mögen wol von ihnen etliche es nicht so böse mey-
 nen / sondern nur damit die Heyden-Lehr bekennen / dero sie sich durch
 die Frau Gewonheit / ehe sie mündig worden / mancipiret. Allein sie
 rechnen nicht aus / daß durch besagte Definition die Seele des Menschen
 von dem Menschen gänglich ausgeschlossen / und damit allein der Leib
 beschrieben werde. Denn die Seele ist ein Geist / obs einer von den

Heyden recht getrußt hat/weiß ich nicht) und kan deswegen unter dem
 Geschlecht-Wort Thier / als ein formal-Stück einer Art der Thie-
 re/ nicht begriffen werden; sondern sie muß stracks von aller Thiere ih-
 rem Groß-Geschlecht-Wort Corpus (und vielmehr vom unter ihm
 begriffenen Geschlecht-Wort animal, ganz ausgeschlossen / und vor
 eine sonderbare Haupt-Art der substantien erkannt werden / welche
 keines wegs ein Körper/ weniger ein Thier/ seyn kan: Denn Spiritus
 und Corpus sind oppositæ species, die da essentialiter (in quid und
 quale quid) in Ewigkeit nicht können voneinander prædiciret werden/
 also daß wenn einer sagen will/ spirituale Corpus, oder animal spiri-
 tuale, er etwas unmögliches/ quod est absurdum, vorbringt. Wenn
 nun das Wort rationale (die Vernünftigkeit) auff unsere Seele ge-
 hen sollte/ müste es so viel heißen/ als spirituale. Und so käme denn
 absurdum, etwas ungereimtes / und unmögliches heraus / spirituale
 animal, ein geistlich Thier. Derowegen kan das Wort Vernünfti-
 gkeit/ wenns eine geistliche Vernünftigkeit bedeuten soll / bey
 Menschen dem Geschlecht-Wort Thier / kein Differential-Wort ge-
 ben. Wenn das Wort Vernünftigkeit hingegen nur dem Thier
 gemäß genommen wird / so daß es keine geistliche / sondern eine leiblich-
 che/ eine animalische/ Vernunft/ kurz/ eine Listigkeit bedeutet / mag
 es wol bey dem Geschlecht-Wort (Thier) bestehen / und gibt dieser
 Spruch / ein Thier / das so vernünftig (nemlich listig) ist / die
 schönste Definition des menschlichen Leibs. Da meritirt auch die
 Vernunft (die thierische Vernunft) bey Menschen / daß sie sup-
 primirt / und unterdrückt / mit geistlichen Füßen (pedibus archime-
 tricis) poullirt / gezwungen und genöthigt werde / dem Geist zu pari-
 ren / nicht zu widerbelfern. Weil damit nun ein pur lauter Thier
 (das keinen Geist hat) ausgeruffen wird; (denn Genus führt nicht
 einen Theil von der substanz des Definiti, sondern selbst das Ganze
 doch nur oben hin / bey sich: und kan man z. E. kein Thier/ daß es sey
 ein Kopff / der einen Leib hat / definiren) so müssen auch die Schulen
 einen Menschen/ den sie so beschrieben / er sey ein vernünftig Thier/
 vor ein pur lauter Thier erkennen. Denn in einer Wesens-Defini-
 tion muß sich das Differential Wort (die Vernünftigkeit) nach dem
 Geschlecht-Wort (Thier) als nach dem Grund-Wort richten / und
 will die gemeine Regl der Kunst-Sprechung in den Schulen haben/
 daß die beyden differentialem Wörter (rationale und irrationale)
 unter dem Geschlecht-Wort (Animal) strecken / keines außer das Ge-
 schlecht-

schlecht-
 dacht/
 Menschen
 geringsten
 Thier/
 re/ k. S.
 allein dem
 ter Spr
 nennt /
 das kein
 Aristot
 ben mi
 dern be
 wegen
 dem ei
 schen /
 lich S
 der M
 Logic
 U
 daß d
 rechte
 beste
 finder
 ausd
 nach
 als E
 mes,
 Lehrer
 sich vo
 malis
 ben /
 einbil
 Verle
 die von
 Lust / o
 Last

schlecht Wort fallen soll/te. Zwar es mag alles wahr seyn / wie gedacht; doch nicht vom ganzen Menschen/nicht vom rechten Wesen eines Menschen zu verstehen: denn diß alles kömmt nur einem/und zwar dem geringsten/ Stück des Menschen/ nemlich nur dem Leibe/ zu/ der ist ein Thier/und zwar das listigste auf Erden/ ja er ist ein Ausbund aller Thiere/te. Wenn nun der Spruch/es sey der Mensch das listigste Thier/ allein dem Leib zukömt: so ist es ja kein eigenlicher/ sondern ein verdrehter Spruch/ Synecdoche genannt/ da zwar der ganze Mensch genannt/ doch nur ein Stück davon gemeint wird. Derwegen ist das keine Definition des Wesens/ weil ein Wesens-Spruch/ nach Aristotelis selbst eigenen Sprech-Regln/ ein Geschlecht-Wort haben muß/ das nicht von einem Stück des Dings genommen/ sondern von dem ganzen Wesen abstrahirt ist worden. Dieser Ursach wegen darff man auch nicht sagen/ daß der Mensch ein Geist sey/ sondern er hab einen Geist/ dieweil der Geist nur einen Theil des Menschen/ nicht den ganzen Menschen/ macht. Doch ist er ein vorirefflich Stück des Menschen/ das mehr als die Thierheit meritiret/ daß der Mensch den Mahimen von ihm haben sollte/ wenn die Regln in der Logic nicht darwider wären.

Unterdessen weil die Schulen in dem Wahn so lang gestanden/ daß besagter Spruch/ der Mensch sey ein vernünfftig Thier/ die rechte definition des ganzen menschlichen Wesens sey/ und zwar die beste unter allerleyen andern/ also/ daß man sonst dergleichen nirgend finde/ die so eigentlich so kurz und gut/ das ganze Wesen eines Dings ausdrücken sollte; haben die Scholarn darauff gepocht/ und sich darnach gerichtet/ daß die meisten sich vor Thier erkant/ und anders nicht als Thier zu leben vorgenommen haben/ so/ daß/ wie der alte Chremes, homo sum, humani nihil à me alienum puto, bey dem groben Lehrer zarter Kirchen (dem Terent) zu sprechen pflegte; also sie/ die sich vor eine Linie thierisches Geschlechts erkennen/ animal sum, animalis nihil à me alienum puto, sprechen/ und deswegen auch so leben/ oder thun/ zu können/ wie es dem Geschlecht wohl ansteht/ sich einbilden. Wie nun aller Thier ihr eigenthümliches und sehnliches Verlangen einig und allein auff Leibes-Lust gerichtet ist/ so suchen auch die von dem Geist so wenig wissende vernünfftige Thiere keine andere Lust/ als Leibes-Lust: die ist nun die materie (das subject) worinn die Laster alle stecken/ und wo nicht der Geist sie suppressirt/ auffgehen/ wachsen/ und so faule Früchte bringen.

F I N I S.